

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -  
Qvæstiones Insper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa  
Sacramenta, accuratè declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1664**

Dispvtatio LXXXVIII. De remißione peccatorum venialium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13826**

## DISPUTATIO OCTOGESIMA OCTAVA.

### De remissione peccatorum venialium.

**Q**UÆ hactenus dicta sunt, ad peccatorum mortalium remissio-  
nem ut plurimum spectant, nunc videndum qua ratione re-  
mittantur venialia, & quem dolorem ad sui sublationem in Sacra-  
mento postulent, quem extra Sacramentum, quid ea ex opere  
operantis tollat, quid ex opere operato, quo pacto in hac vitâ, quo in  
futurâ, si quis cum solis venialibus non remissis decedat, tollantur,  
& alia hujusmodi.

#### SECTIO PRIMA.

Vtrum ut tollantur peccata venialia  
extra Sacramentum requiratur  
Poenitentia?

I.  
*Quamvis pro hoc statu unum peccatum mortale remitti nequeat sine alio, cum nullum jam remittatur sine infusione gratiae, si tamen Deus alium statum & seriem rerum institueret, alio, in alio ut potuit, non obstat quo minus unum, etiam tamen statu mortale, remitti posset sine alio, quod in purâ naturâ non est cur fieri nequit. In præsenti verò statu nil impedit quo minus unum veniale sine alio remitti queat, quod etiam frequenter tum intra, tum extra Sacramentum Poenitentia contingit.*

II.  
*Quamvis peccatum veniale remitti devenit posse sine remissione mortali, de facto tamen hoc nungaud contingit.*

NON TANDEM primò: Etsi pro hoc statu unum peccatum mortale remitti nequeat sine alio, cum nullum jam remittatur sine infusione gratiae, si tamen Deus alium statum & seriem rerum institueret, alio, in alio ut potuit, non obstat quo minus unum, etiam tamen statu mortale, remitti posset sine alio, quod in purâ naturâ non est cur fieri nequit. In præsenti verò statu nil impedit quo minus unum veniale sine alio remitti queat, quod etiam frequenter tum intra, tum extra Sacramentum Poenitentia contingit.

OPTIMUM secundò cum Patre Suarez hic, disp. undecimâ, sect. secundâ, num. quarto, & deinceps, Valquez quæst. 84. art. quarto, & primâ parte, disp. 14. Valentia quæst quartâ, puncto tertio: Tannero disp. 6. quæst. quartâ, dub. tertio, num. 36. & aliis communiter contra Durandum & Scotum, quamvis de potentia absolua posset peccatum veniale remitti sine mortali, de facto tamen nunquam remitti potest sine eo. Ratio est, quia vel hæc peccati venialis remissio fieret per condignam satisfactionem & ex justitiâ, vel ex gratiâ, & peculiari Dei liberalitate: non primum; Mœnia enim impiorum non diligit Deus, ut dicitur Amos quinto, verſū vigesimo secundo, & Malachia primo, verſū decimo, & Apostolus prima ad Corinthios, tertio: *Si Charitatem, inquit, nou habuero nihil mihi prodeſt, &c. idem etiam habetur Ecclesiastici trigesimo quarto: Munera impiorum non probat Altissimus.* Et sane non videtur congruum, ut is qui meretur iram

Dei, donum aliquod, præsertim supernaturale, obtineat: unde neque hic favor remissionis peccatorum venialium iis concedi debuit, qui etiam nuntiunt in mortali.

Quod vero Fides & Spes, etiam supernaturales in peccatoribus, adhuc dum in eo statu permanent augeantur, non obstat, sicut nec quod cooperanti cum gratiâ & auxilio supernaturali minus perfecto detur perfectius auxilium etiam dum est in peccato; hæc enim ideo hominibus dantur, ut resipiscant paulatim, & gratiam vel primò acquirant, vel amissam recuperent. At verò remissio peccati venialis cum sit puritas quædam & perfectio amicitiae supponit ipsam gratiam, & consequenter hominem esse in gratiâ. Unde etiam inter homines videmus non condonare unum alteri leviores offensas, dum adhuc perstat in gravi aliquâ iniuriâ contra personam illam commissâ. His positis,

Dico primò: Ad remissionem peccati venialis extra Sacramentum requiritur aliqua illius detestatio, sicut virtualis & implicita: ita S. Thomas quæst. 87. art. primo, & alibi sive, Sanctus Bonaventura, Richardus, Paludanus, quos sequitur Vasquez hic, quæst. 87. art. primo, dub. primo, & alii, contra Gabrielem, Majorem, Abulensis, & alios, qui assertunt peccatum veniale per quamvis bonum motum, & operationem hominis justi remitti.

Probatur tamen conclusio primò ex Sancto Augustino libro de Poenitentia, quem ad hanc rem afferit Sanctus Thomas citatus in argumento. Sed contra: *Eft quædam ergo, inquit Sanctus Augustinus, Poenitentia, qua quotidie in Ecclesiâ agitur pro peccatis venialibus, qua (inquit) fructus effet, si sine poenitentia peccata venialia possent dimitti.* Idem etiam habet Sanctus Augustinus relatus capite *Neminem putet quadragesimo tertio de Poenitentia, distinct. primâ: Neminem, inquit, putet a quocumque seu magno seu parvo peccato ad correctionem.*

III.  
*Quamvis Fides & Spes, etiam supernaturales in peccatoribus augeantur, non obstat.*

IV.  
*Ad peccatum aliquam requiri, ut peccatum veniale extra Sacramentum remittatur.*

V.  
*Le remittendum extra Sacramentum aliquam requiri de satisfactionem.*

*Thomas en 5. Augusti no.*

*correctionem sine paenitentia posse transfere. Libro etiam de verâ & falsâ Pœnitentiâ, capite octavo dicit baptizatis de majoribus & minoribus peccatis pœnitendum esse; Et enim, inquit, *Pænitentia aſſiduè peccantibus, aſſiduè neſſaria; in multis enim offendimus omnes, qua quotidie remittuntur, ſi ſemper deplorentur: ubi clarum eſt sermonem eſſe de venialibus. Ratio demum eſt, quia congruum videtur, ut nulli remittatur peccatum niſi ejus voluntas aliquo modo ab eo per retractationem avertatur.**

## VI.

*Objic. Ergo  
nec per Mar-  
tyrium de-  
lentur om-  
nia peccata  
venialia.*

Dices: Hinc sequi, nec per Baptismum, nec per Martyrium deleri omnia peccata venialia, & consequenter non remitti penas iis debitas, ac proinde expedire orare pro Martyribus, cum juxta nostram sententiam detineri in purgatorio ad tempus possent; nec enim ſemper veriſimile eſt omnes habere ante mortem diſplicientiam & detestationem omnium peccatorum venialium, utpote que facile cuius, ſaltem per surreptionem, obveniunt.

## VII.

*Sed contra:  
hoc enim  
aq̄d inferri  
poſſet ex con-  
traria ſen-  
tentia, at-  
que ex no-  
ſtrâ.*

Sed contra: Nam ſecundūm omnes ſaltem requirunt ad venialis peccati remiſſionem ut quis non ſit in actuali illius complacentia, & tamen quid vetat aliquem subire Martyrium, aut Baptismum luſcipere cum complacentia alicujus peccati veniali præterit, vel cum actuali commiſſione novi, ergo tam in contraria ſententia quam in noſtrâ poſſet quis prudenter orare pro Martybre contra communem conſuetudinem Ecclesiæ. Reſpondetur itaque pro' omni ſententia, Eccleſiam ſolū docere, per ſe loquendo, & poſtit debitis diſpositionibus Martyrium & Baptismum tollere omne reatum culpa & pœna, etiam reſpectu venialium, nam non videtur adeo diſſicile in ſummo illo martyrii fervore universalem actum detestationis elicere, etiam reſpectu venialium.

*Quid si Mar-  
tyr aliquis  
de peccato  
quopiam  
veniali in  
hae vita  
admitto pa-  
nitentiam  
non egiff.*

Quod ſi contingat Martyrem de aliquo veniali in hac viā pœnitentiam non habuiffe, tunc primo iſtanti ſeparationis elicit actum, per quem peccatum tollitur, pena vero ei debita Martyrii privilegio condonatur, quod etiam dici ſoler de Baptismo. Addo tamen, non conſtar, quando remittuntur post mortem venialia, debere, ut volunt aliqui, intercedere euctum doloris, ut ſectione ſequente dicetur, & testimonia ſupra allata intelligi poſſunt de ſolâ vita praefente.

*IX.  
Qualis eſſe  
debet illa  
actus diſpli-  
centia de  
peccato ve-  
niali.*

Quæres: Quis actus diſplicientia ad hoc ſufciat, utrum naturalis ſufficiat, ut vult Durandus in quarto, diſting. 16. quæſt. 6. an vero requiratur ſupernaturalis? Reſpondetur, omnino requiri, ut ex gratiâ procedat, & non ſit tantum naturalis, cùm definiat Concilia omnem actum, qui ad pietatem & vitam aeternam conducit, eſſe ex gratiâ Dei. Cùm ergo venialia peccata ſint impedimenta noſtra beatitudinis ſupernaturalis, per eos folios actus tolli debent, ut ad hujusmodi beatitudinem conducunt, quales ſoli ſunt, qui ex gratiâ procedunt, eſto in purâ naturâ Deus ad corum remiſſionem actum naturali acceptaſſet.

*X.  
Quid ſi puer  
aliquis de-  
cedat cum  
ſolo originali  
& veniali.*

Quod ſi puer aliquis decedat cum ſolo originali & veniali Poludanus ait tolli poſſe peccatum illud veniale coniunctum cum ſolo originali per actum naturalis detestationis, & candem ait eſſe rationem de ho' homine, atque de aliquo in ſtatu purâ naturæ: quod tamen videtur diſſicile, cùm ſit in ſtatu naturæ elevata. Vel ergo dicendum ad providentiam Dei ſpectare ut talis cum originali & veniali ſolo ex hac viâ non decedat, ut cum

Sancto Thoma primâ ſecundæ, quæſtione octo-geſimâ nonâ, articulo ſexto docent Theologi: vel ſi admittatur caſus, levi aliquâ pœna in perpetuum puniendum, ut doceſt Halensis, Sotus, & alii, & probabile putat Tannerus diſp. ſextâ, quæſt. 4. dubio tertio, num. trigesimo nono: aut tandem cum Soario hic, diſp. ii. ſect. ſecunda, num. decimo nono dicendum in eo caſu extraordinaire veriſimile eſt Deum diſpenſatione aliquâ cum iis uſurum, qui voluente propriâ gratiam non amiferunt, & in eo ſtatu jam ſunt, ut eam recuperare non poſſint.

Hinc infero, nullum bonum opus, quod vel XI. formalis & explicita, vel implicita ſaltem peccati Opus bonū, venialis retractione non ſit, ſufficiere de facto ad per quod ve illius remiſſionem, licet alioqui excellens aliquod mali pecca- opus fit, & melius magisq; placens Dco, quā tam remiſſi- tur, debet peccatum veniale diſplicere; ſicut enim alii requiri ad hoc ut per tale opus remittatur, non vel implicita habeat quis actualē illius complacentiam, ita illius retrac- & ob jam dicta requirere nos cum fundamento tatio. poſſimus aliquam illius diſplicientiam.

## SECTIO SECUNDA.

Vtrum poſſit quis condigne ſatisfacere pro ſuo veniali?

**S**ERMO eſt de juſto; ſi enim veniale conju- I. ctum ſit cum mortali, nunquam remittitur, Quæſio bae ut diximus ſectione præcedente, cùm dona im- tanum pro- priorum placeant, & conſequenter ni- cedit de ja- ficio, dona emin impia- rup Deinan ſenſum me- ratus.

Notandum, idem in re eſſe ſatisfacere pro placere peccato, & illius remiſſionem de condigno me- II. teri: licet enim meritum de condigno reperiſſe poſſit ſine ſatisfactione, ut in multis operibus oſ ſatisfac- tione pre- peccatorum reſpectu gratia & gloria praefertim ubi illius remiſſionem de condigno mereretur. ſenſum me- ratus.

Idem in re eſſe ſatisfacere pro placere peccato, & illius remiſſionem de condigno me- II. teri: licet enim meritum de condigno reperiſſe poſſit ſine ſatisfactione, ut in multis operibus oſ ſatisfac- tione pre- peccatorum reſpectu gratia & gloria praefertim ubi illius remiſſionem de condigno mereretur. ſenſum me- ratus.

Notandum ſecundò: Ad vitandam quæſtio- III. nem de nomine, quæ hic eſſe poſſet, quando ſtatutus huius quærimus utrum poſſit quis ſatisfacere pro pec- cato veniali, & condigne illius remiſſionem mereri, non eſſe sermonem de liberali remiſſione & condonatione, qualis eſt cùm Deus gratis ali- cui remittit peccata, ut reſpectu originalis con- tingit in Baptismo parvuli, quod nullo in eo pre- cedente merito condonatur, & in remiſſione cu- juſvis peccati mortalis, ubi non poſto ſufficiente merito, ſed ad ſummum de congruo remittitur peccatum. Et alioqui haec quæſtio deſtruere ſeipſam; quærere enim utrum quis mereri de condigno poſſit ut Deus ei gratis remittat pec- catum.

catum veniale, est querere implicatoria; ipso factō enim quod de condigno quis aliquid meretur, illud non ei gratis datur, sed ex justitiā, unde negari à Deo non potest, sicut nec negari potest gloria benē operantibus, & eam condignē merentibus; meritum enim nostrum, ut fusē ostendi in tractatu de Incarnatione, est meritum justitiae, qua de causa gloria, quam Deus meritis retribuit, vocatur merces, corona, stipendium, bravium, &c. & dicuntur injustus fore, si præmium merentibus negaret: unde non solum contra fidelitatem faceret, sed justitiam, si, ut loquitur Sanctus Augustinus libro de naturā & gratiā, capite secundo, *Iustos fraudaret mercede justitiae.*

IV.

*Quæstio in praesenti est de remissione latè dicta.*

Quæstio ergo procedit de remissione & donatione latè dictā, seu utrūm quis mereri possit, ut Deus habeat voluntatem non puniendi hominem ob peccatum aliquod veniale, vel gerendi se deinceps erga illum, ac si illud non commisisset, &c. juxta diversas sententias de actu condonationis peccati, seu an efficere quis possit, ut Deus ei amplius ob illud rationabiliter irasci nequeat. Sive autem hac voluntas sit omnino libera & gratuita, sive non, sed necessaria posito metito, dici potest remissio & condonatio: sicut Deus dicitur gloriam, coronam, & mercedem dare, & largiri Sanctis, cùm tamen si merces sit, nec donatio propriè intefcedit, nec largitio, quæ liberalitatem sonant: sic in contrâctibus humanis unius est *dout des*, & tamen in rigore neuter dat; dare enim idem est ac gratia largiri, qui autem dat centum ut centum, vel equum recipiat, vel qui centum dat quia centum recepit, manifestum est non gratis ea largiri.

V.

*Secundum sacras Litteras conceptus remissio non repugnat conceptioni iustitiae.*

Neque hic modus loquendi alienus est à Scripturâ: sic enim Joannis primæ, capitulo primo, versu nono dicitur: *Si confiteamur peccata nostra, fideli est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate:* ubi juxta Sanctum Augustinum & alios, sermo est de venialibus, ergo conceptus remissionis peccati non est incompossibilis cum justitiâ: sicut & qui hunc locum intelligunt de mortalibus peccatis, dicunt debere sumi locum illum distributione accommodâ, nempe Deum in remissione peccatorum mortalium esse fidèle nobis, iustum Christo, qui per passionem suam & operationes Théandricas illorum remissionem condignè nobis meruit.

VI.

*Christus nobis de condigno meruit remissionem peccatorum mortalium.*

Quærimus itaque: Utrum sicut Christus meruit nobis de condigno remissionem peccatorum mortalium ita ut positis requisitis, applicatione feliciter passionis ejus per nostram cooperationem, Sacraenta, &c. non possit Deus remissionem hanc ei negare, ita possit iustum satisfacere pro peccato suo veniali, & illius remissionem de condigno mereri.

VII.

*Obligatio justitiae strictæ cadere potest in Deum res. pœnu transversaliter.*

Notandum tertio ex tomo precedente, disp. 35: sectione quintâ, obligationem strictæ justitiae cadere posse in Deum, ita ut id quod ex pacto sub opere æquali promisit negare nullo modo possit: & licet multi voce tenuis renuant justitiam strictam Deo erga creaturam rationalem concedere, in re tamen idem asserunt quod nos, dicunt enim Deum, positâ promissione sub conditione onerosâ æquali cum præmio, & opere expleto negare præmium nullo modo posse, nihil autem aliud asserimus nos, qui justitiam Deo adscribimus: cùm ergo in re convenientiam, solum

potest esse controversia de voce, an sit dicenda justitia, qua in re in primis Scriptura ubique appellat Justitiam, ut ibi latè ostendimus; deinde idem planè est quod in creatis vocant omnes justitiam, nempe tantum protanto, pacto firmatum, qui est conceptus justitiae commutativæ à Sancto Thôma assignatus secundâ secundâ, quæst. centesimâ sextâ, art. primo, ad secundum, & passim à Theologo receptus.

Si quis ergo alteri promittat aliquid sine ullâ conditione onerosâ, vel non æquali, censetur semper obligatio tantum ex fidelitate; econtra si quis ponat opus æquale sine pacto aut promissione, labore exempli gratiâ in vineâ alterius, est obligatio tantum ex gratitudine, non ex justitiâ, nisi tacitus censetur esse pactum, ut in istiusmodi plerumque contingit, præsertim si Dominus in vineâ inspectante laborem illum impendat, si verò sit pactum, & opus æquale præmio ponatur, censent omnes esse veram obligationem justitiae. Cùm ergo obligatio, quam Deus habet dandi gloria in Sanctis, sit hujusmodi, & oriatur ex pacto cum ipsis de laboribus suscipiens, bonis operibus præstandis, &c. his positis tenetur Deus non ex fidelitate solum, sed justitiâ illud dare quod sub tali conditione onerosâ promisit; sicut enim in creatis jus ad mercedem est promissio alterius, & opus illius intuitu expletum, ita si quis intuitu promissionis divinae sub conditione onerosâ opus expletat, non minus habebit jus ad præmium, & mercedem à Deo recipiendam, quam mercenarius ab homine.

Quod si quis neget hanc esse obligationem

justitiae, quia est in Deo, eodem modo neget

obligationem fidelitatis, quod si hanc Deo con-

cedat quia in hominibus promissio inducit ob-

ligationem fidelitatis, cùm stare debeant pro-

misis, cùm ratione, cùm pactum, & opus

illius intuitu expletum inducant in hominibus

obligationem justitiae, inducent etiam in Deo,

nec ullam vel imperfectionem, vel indecentiam

infert obligatio justitiae, quam non inferat pa-

cetum & opus expletum: cum ergo hi recentio-

res concedant in Deo obligationem ex pacto &

opere, nec negare eam ullus possit in r., & illi

& omnes concedunt Deo obligationem justitiae,

nec ad hoc est necessarium ut ius hominis sit Deo

ad aquatè extrinsecum, sed partim extrinsecum,

nempe opus expletum, partim intrinsecum, vi-

delicit pactum seu promissio divina.

VIII.

*Si quis sine ulla conditione promittat, est obligatio.*

Si quis sine ulla conditione promittat, est obligatio tantum ex fidelitate; econtra si quis ponat opus æquale sine pacto aut promissione, labore exempli gratiâ in vineâ alterius, est obligatio tantum ex gratitudine, non ex justitiâ, nisi tacitus censetur esse pactum, ut in istiusmodi plerumque contingit, præsertim si Dominus in vineâ inspectante laborem illum impendat, si verò sit pactum, & opus æquale præmio ponatur, censent omnes esse veram obligationem justitiae. Cùm ergo obligatio, quam Deus habet dandi gloria in Sanctis, sit hujusmodi, & oriatur ex pacto cum ipsis de laboribus suscipiens, bonis operibus præstandis, &c. his positis tenetur Deus non ex fidelitate solum, sed justitiâ illud dare quod sub tali conditione onerosâ promisit; sicut enim in creatis jus ad mercedem est promissio alterius, & opus illius intuitu expletum, ita si quis intuitu promissionis divinae sub conditione onerosâ opus expletat, non minus habebit jus ad præmium, & mercedem à Deo recipiendam, quam mercenarius ab homine.

IX.

Quod si quis neget hanc esse obligationem

justitiae, quia est in Deo, eodem modo neget

obligationem fidelitatis, quod si hanc Deo con-

cedat quia in hominibus promissio inducit ob-

ligationem fidelitatis, cùm stare debeant pro-

misis, cùm ratione, cùm pactum, & opus

illius intuitu expletum inducant in hominibus

obligationem justitiae, inducent etiam in Deo,

nec ullam vel imperfectionem, vel indecentiam

infert obligatio justitiae, quam non inferat pa-

cetum & opus expletum: cum ergo hi recentio-

res concedant in Deo obligationem ex pacto &

opere, nec negare eam ullus possit in r., & illi

& omnes concedunt Deo obligationem justitiae,

nec ad hoc est necessarium ut ius hominis sit Deo

ad aquatè extrinsecum, sed partim extrinsecum,

nempe opus expletum, partim intrinsecum, vi-

delicit pactum seu promissio divina.

SECTIO TERTIA.

*De remissione peccati venialis in sequente vita.*

H

Is ergo positis videndum, Utrum mereri quis possit de condigno remissionem peccati venialis, vel post mortem concedendam, cau*pactio diffi-*

*Brevi pro-*

*lentatis.*

quo quis aliquo adhuc non remisso, quod fieri

*decedentis.*

potest, decederet, vel etiam in hac vita: quoad

*II.*

Conclusio: Justo ad mortem usque in gratiâ perseveranti, & in peccato aliquo veniali dece-

*stanti se-*

denti, debetur instanti separationis animæ à cor-

*poratione*

peccati illius venialis remissio, vel immo-

*anima à*

ritatem, vel saltem per actum contritionis, aut

*corpo de-*

amoris Dei super omnia, ita ut non sit opus novo

*beior illius*

*favori, remissio.*

favore, aut liberalitate Dei, ut peccatum illud tollatur: ita Suarez disp. quartâ de Incarnatione, sect. 11. Vasquez disp. tertiatâ de Incarnatione, capite tertio, & communis sententia recentiorum: & videtur aperta mens Sancti Thomae variis locis, ut tertiatâ parte, quæst. 87. art. tertio, & primâ secundâ, quæst. 72. & quæst. 88. art. primo & secundo, ubi docet peccatum veniale esse reparabile ab intrinseco.

III. Probatur primò: Si enim ad remissionem venialis peccati post mortem requiratur liberalitas & favor Dei, cùm possit Deus sine illa virebus illatâ non esse liberalis; liberalitas enim sonat omnimodam solutionem à debito, consequenter posset peccatum veniale connaturaliter, seu nullâ vi rebus illatâ, perpetuò durare in iusto, & consequenter perpetuò à visione beatificâ illum hominem excludere, sicquę connaturaliter & per se mereretur penam eternam, quod tamen juxta omnes Théologos cum Sancto Augustino, Sancto Thoma, & aliis Patribus, est proprium solius peccati mortalis.

IV. Probatur conclusio secundò: Justus per bona opera meretur gloriam de condigno , ut est certum , ergo de condigno meretur ablationem ; omnis impedimentum circa illius consecutionem ; hoc enim censetur moraliter idem primum cum consecutione gloriae . & vel in eo inclusum , vel ei subordinatum : sicut propterea qui meretur gratiam , meretur alios habitus infusos , qui connaturali quadam sequentia , vel physicè , vel moraliter ad gratiam consequuntur : cum ergo peccatum veniale sit impedimentum gloriae , ut potest cum eâ incompensabile , qui gloriam meretur , meretur eâdem opera peccati venialis ablationem.

V. Dices: Ergo etiam in hac vitâ quoties quis  
Eius tamen meretur gratiam, & consequenter gloriam, me-  
non deducatur justum remissionem peccatorum venialium. Di-  
quies meo stinguo consequens: Meretur remissionem eo-  
retur in hac vita rum pro sequenti vita, concedo, pro hac nego,  
vita gratia nam in tantum solum meretur illorum remissio-  
nem, in quantum haec necessaria est ad gloriam  
meret etiam obtinendam, ad hoc autem non est necessarium  
remissionem ut in hac vita tollantur, sed sufficit si tollantur in  
peccatorum sequente. Adde, jus quod homo in gratia con-  
stitutus habet ad gloriam, & consequenter ut ei  
peccata venialia remittantur, non esse absolutum,  
sed tantum conditionatum, nempe si in gratia  
decesserit, ut habetur in Concilio Tridentino  
fessione sextâ, canone vigesimo sexto, & trige-  
simo secundo, ergo donec haec conditio ponatur,  
sicut non debetur ei gloria, ita nec remis-  
sio impedimentorum circa illius adoptionem, &  
peccatorum venialium remissio.

**VI.** Dices secundò: Potest quis committere peccatum veniale post ultimum actum meritorium, & sic è vitâ decadere, quid ergo de illo fiet; nullum enim habet actum bonum, quo hujus peccati remissionem meretur. Respondetur: merita peccatum illud præcedentia ad hoc sufficiere; per quemvis enim actum meritorium, quod meretur gloriam, meretur etiam ut impedimentum omne circa illius consecutionem, tempore debito tollatur, sive impedimentum illud præcedat actum illum meritorium, sive sequatur.

VII. Dices tertio : Quidni posset contingere , ut  
Quid si quis quis recepta gratia baptismali , ubi ad rationis  
statim post baptismum , usum pervenerit , committat peccatum veniale ,  
commissio & statim moriatur , antequam vel peccet morta-  
peccato ve- liter , vel actum ullum meritorium eliciat : hic

nulla habet merita, & tamen non debet perpetuò niali mortis  
è ccelo ob peccatum illud veniale excludi. Re- tur.  
spondetur, in hoc casu vel remittendum pecca-  
tum illud veniale modo superius dicto, per me-  
rita Christi ei tunc peculiariter applicata, vel di-  
cendum gratia connaturaliter deberi, ut pecca-  
tum illud post mortem remittatur, cum gratias sit  
semen gloriae, & aliquo modo det jus ad illum,  
& consequenter petat, ut obstatuolum illud glo-  
riae post mortem auferatur, huic verò homini  
debetur ccelum, non in istar præmii, sed hære-  
ditatis.

Dices quartò: Si statim post mortem debeatur justo ob merita praecedentia remissio veniam, ergo non est opus actu doloris, seu de-  
testationis post mortem eliciendo; jam enim in his kanticis dolos  
vitia pro peccatis venialibus satisfecit, & illorum remissionem condigne meruit.

Respondetur primò : Fortè hoc cum Scoto , IX.  
& alius non improbabiliter dici posse ; cùm enim remissio venialium in alterà vitâ sit præmium sub-ordinatum gloriae , & unum moraliter cum illâ , satis probabile videtur statim post mortem intuitu præcedentium meritorum remitti . Nec urget quod contra hoc objicit Suarez disp. undecimâ , sectione quartâ , numero undecimo , & duodecimo , nempe si nulla sit mutatio in voluntate post mortem , nec nova dispositio , quæ non erat antè , nullam esse rationem , cur non æquè ante mortem fuissent remissa peccata venialia . Hoc , inquam , non urget ; sicut enim mors est conditio , ut quis ob merita præcedentia consequatur gloriam , nec statim positis meritis debetur homini illi gloria , sed non nisi in gratiâ decesserit , ita & mors esse potest conditio , ut peccatorum venialium remissionem consequatur , impedientium scilicet ingressum in civitatem illam celestem , utpote in quam nihil coquinatum introibit , Apocalypsis vigesimo primo , versu viii. sentimo .

Secundo tamen dico , sicut gloria non debetur  
meritis , nisi dependenter à morte , & finali per-  
severantiâ , ita & afflere possumus cum commu-  
niore sententiâ , non deberi , etiam tunc remis-  
sionem peccatorum venialium , nisi dependenter  
à dolore tanquam à conditione & dispositione  
requisitâ tanquam removente prohibens , &  
obicem tollente ; sicut enim si adulst quis-  
piam accedit ad Baptismum sine detestatione  
peccati aliquius venialis , quod commisisset , esto  
peccati originalis , & mortalium omnium , imo  
& aliorum venialium , quorum habuit dolorem ,  
veniam consequatur , non tamen hujus , donec  
de illo etiam doleat , quia nisi ablato obice , seu  
peccati in ratione voluntarii , Baptismus illud non  
aufert , ita dicere cum fundamento possumus bo-  
na opera in hac vitâ exercita petere quidem ab-  
lationem impedimentorum ad gloriam , sed de-  
bito modo , ita scilicet ut auferatur obex , seu pec-  
catum , non in se , sed in ratione voluntarii per  
contritionem , seu dolorem .

Hinc infero: Licet anima in gratia decedens in instanti separationis semper eliciat actum contritionis, vel amoris Dei super omnia, & per hunc obicem tollat, si tamen eliceret solum actum attritionis, adhuc remissum iri peccata venialia; cum enim opera praecedentia mercantur de con digno illorum remissionem post mortem, non videtur aliud requiri, quam ut detur vera & supernaturalis eorum retractatio, qualis est attritio. Unde addo ultius, si detur in vita aliquis peccata venialis.

actus doloris, qui terminetur ad omnia peccata venialia, & tamen non sufficiat ad illorum remissionem in hac vita, sed vel omnia, vel aliqua relinquat non remissa, non requiri post mortem alium actum doloris, sed statim instanti separationis peccata illa venialia ex vi praecedentium meritorum tolluntur.

XII. Dices quinto: Si ut peccata venialia post mortem tollantur, requiratur dolor aliquis, seu contrito, per quem remittantur, sequitur post mortem posse animas mereri. Caietanus primâ parte, quæst. 63, art. quinto, fine afferit animam in primo instanti separationis non tantum esse in statu merendi, sed etiam in statu demerendi. Hoc tamen quoad secundum de demerito, ab omnibus rejicitur; hinc enim sequi dicunt, posse hominem qui in gratiâ decepit, ex causa post mortem excidere, quod inquit Tannerus, est plus quam absurdum, & Suarez ait repugnare Scripturis.

XIII. Suarez itaque hic, disp. II, sect. quartâ, numero decimo-quinto, Vazquez hic, quæst. 87, art. primo, dub. secundo, num. vigesimo, & vigesimo primo, Tannerus disp. 6, quæst. 4, dubio quinto, num. septuagesimo primo dicunt non esse inconveniens, ut homo primo illo instanti separationis possit præmium aliquod accidentale mereri: & Sanctus Thomas in quarto, dist. 21, quæst. primâ, art. tertio, quæstionculâ primâ ad quartum, aliquod saltem meritum admittit.

XIV. Negari tamen posset, tunc dari meritum, quia tunc animæ sunt extra viam & statum merendi: deinde cum certum apud omnes sit, non mereri ipsas post mortem augmentum gratiâ & gloriæ, non est cur merè ad remissionem peccatorum venialium ponatur tunc novum meritum, cum sufficienter merita in vita prius habita, modò ponatur displicentia. Fortasse tamen vel ob hoc argumentum dicere quis posset nullum novum actum doloris aut displicientiae requiri post mortem, sed merè intuitu meritorum praecedentium peccata venialia remitti, ut paulo ante diximus.

XV. Ultimò hic advero cum Suario hic, disp. II, sect. quartâ, num. decimo sexto, & disp. 47, sect. secundâ, Vazquez & Tannero citatis, & aliis, licet post mortem remittatur culpa venialis, nullam tamen partem poenæ ei debite tunc remitti. Ratio est primò, quia tempus hujus tantum vitæ à Deo assignatum est ad satisfaciendum, tempus autem vita sequentis est ad sati-patientium. Deinde cum animæ primo instanti separationis habeant perfectissimam cognitionem sui status, & rerum ad ipsarum bonum spectantium, si viderent posse se tunc satisfacere pro poenâ temporali, tam ferventes actus elicenter, ut moraliter certum sit nihil unquam ipsas relicturas poenæ in purgatorio tolerandæ, quod est contra commune iudicium Ecclesiæ.

XVI. Aliud est de remissione ipsius peccati venialis, quia cum sit impedimentum gloriæ, & sublatum non fuerit in præsenti vita, tolli debet in futurâ, primo autem instanti fieri hoc debet, quia cum quādi manet culpa maneat totus reatus poenæ ei debitus, si post aliud tempus, putat diem aut horam tantum remitteretur, tantum deinceps poenæ suffinere deberet illa anima, atque si tunc primò inciperet pati ignem purgatorium.

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. II.

## SECTIO QUARTA.

*Vitrum posset justus, etiam in hac vita  
mereri remissionem peccati  
sui venialis?*

**N**ON est eadem ratio, ut superiori sectione notavimus, de hac vita & sequente; in sequente enim debetur justo, ut diximus, remissio <sup>Longè aliud</sup> <sub>of remissione peccati</sub> venialium tanquam quid subordinatum merito gloriæ, ad quam, posito quod in gratiâ decedat, habet jus per actus meritorios in vita acquisitum; cum autem remissio venialis peccati in hac vita ad hoc non sit necessaria, inquiramus utrum possit justus illius remissionem hic mereri de condigno.

Prima conclusio: Justus potest in hac vita ad <sup>II.</sup> æqualitatem satisfacere pro suo veniali, & illius <sup>Potest justus in hac vita</sup> remissionem de condigno, quantum ad hoc mereri: ita omnes communiter: ratio videtur clara; <sup>pro suo veniali ad a-</sup> potest enim justus multos actus Deo offerre, <sup>qualitatem</sup> <sup>satisfacere.</sup> æqualis vel etiam majoris valoris & dignitatis, quam peccatum veniale sit malitia, quique plus Deo placeant quam hoc displiceat, ergo poterit ad æqualitatem, quantum ad hoc caput, pro illo satisfacere.

Secunda conclusio: Potest justus in hac vita <sup>III.</sup> simpliciter satisfacere pro peccato suo veniali, & absolute illius remissionem mereri: ita Suarez <sup>Iustus etiam in hac vita</sup> disp. quartâ de Incarnatione, sect. II. Vazquez disp. tertii de Incarnatione, cap. tertio, & alii recentiores. Hæc conclusio in primis quoad <sup>in hac vita</sup> potentiam Dei absolutam videtur indubitate; <sup>mereri.</sup> quid enim vetat ut Deus actui alicui bono à justo in hac vita elicio tanquam præmium statuat peccati alicujus venialis remissionem, sicut secundum communem sententiam statuit remissionem poenæ temporalis mortali, aut veniali jam remisso in alterâ vita debitam.

Quod vero etiam de potentia ordinaria, & <sup>IV.</sup> secundum communem cursum rerum hoc fieri possit, probatur, ad meritum quippe de condigno alicujus præmii aliud non requiritur, quam ut opus exhibatum habeat æqualem valorem cum præmio, & ex ordinatione vel promissione illius cui exhibetur respectu illius ejusmodi præmium proponatur, saltem ubi opus ipsum tale præmium ab intrinseco non exigit, sicut de currentibus in stadio constat, ubi quia cursus non habet intrinsecam connexionem cum bravo, & illius exigentiam, requiritur ut bravum ab aliquo currentibus proponatur: cum ergo opus aliquod bonum in gratiâ exercitum habeat æqualem va- lorem & bonitatem malitiæ peccati venialis, non est cur Deus illius remissionem tanquam præmium non proponat. Confirmatur: Expedit enim ut homo si possit pro suis venialibus in hac vita satisfaciat, sed potest ut ostensum est, ergo. Confirmatur secundum: Nam de facto proponit Deus iustis in hac vita pro præmio suorum operum remissionem poenæ peccatis remissis debite, ut cum communi docet Suarez tomo quarto in tertiam partem, disp. trigesimâ septimâ, sect. octavâ, nonâ, & decimâ, ergo non est cur ipforum etiam peccatorum remissionem proponere ifdem operibus obtinendam non possit.

Objicies, iustos petere à Deo veniam peccatorum venialium, ergo non est ius debita eorum <sup>V.</sup> <sub>Dices: Iustos à Deo remissio.</sub>

TOM. II.

*peteremissio.* Contra, etiam petunt veniam peccationem peccatorum, quae jam sunt remissa. Respondetur itaque, ideo eos & hoc & illud facere, quia nesciunt in quo statu sunt: orant ergo ut Deus ipsis medium aliquod efficax concedat, quo peccatorum remissionem obtineant.

**VI.**  
*Objic. Peccata venialia dicuntur gratis remitti, & ex misericordia.*

Urgebis: Dicuntur gratis & ex misericordia remitti peccata venialia. Respondetur, gratis remitti in radice, quo etiam sensu gloria & corona beatorum dicitur gratia, & dari gratis, nempe quia nisi Deus gratia sua nos præveniret, nec illorum remissionem, nec hujus adpectionem mereri possemus, quod tamen non obstat, quo minus possemus per bonum aliquod opus tanquam per compensationem condignam venialia delere. Hoc etiam sensu dicimus emundari per sanguinem Christi, nempe immediatè in Sacramentis, mediatis dum per actum bonum ex cogitatione congruat & auxilio nobis per Christi merita concessio à peccati fardibus liberarum.

**VII.**  
*Apudissimus actus ad remissionem peccatorum venialium extra Sacramentum abstinendum est contritus.*

Tertia conclusio: Apudissimus ad remissionem venialium, ab homine justo de condigno extra Sacramentum obtinendam actus, est contritus respectu illorum peccatorum, ad quae ex parte objecti extenditur, salem si magno fervore actus ille contritionis elicatur, sicut valde intensus: ita Sanctus Thomas quæst. septimâ de malo, p̄cipue art. undecimo, & duodecimo, Suarez tomo primo in tertiam partem, disp. quartâ, sect. undecimâ, & tomo quarto disp. undecimâ, sect. tertîâ, num. quinto, & alii communiter. Ratio est primò, quia per contritionem tolluntur omnia mortalia de congruo, ergo non est cur illa venialia, quibus opponitur, non tolluntur per illam de condigno, cum hoc præmium non excedat valorem operis. Secundò: Nam iuxta omnes, peccatum veniale, quamvis non tollat, minut tamen fervorem Charitatis, unde per illum actum peculiariter & propriissimè tolli posse videatur, qui ad hunc fervorem reparandum peculiariter ordinatur.

**VIII.**  
*Per actum etiam amoris Dei super omnia potest remitti peccatum veniale: ita Auctores citati, & videtur expressa sententia Sancti Thomæ, tum quæst. septimâ de malo, art. undecimo, & duodecimo citatis, tum hic, quæst. 87. art. primo, secundo, & tertio. Ratio posita est conclusio præcedente, actus namque amoris Dei super omnia, et si formaliter non sit dolor, & detestatio, venialis peccati, & explicitè, est tamen virtualiter, seu implicitè. Deinde peculiariter tendit hic actus ad reparandum fervorem Charitatis, quem peccatum veniale minuit, sicut mortale omnino tollit.*

**IX.**  
*Objic. Ergo si contritus fit de omnibus venialibus, omnia tollentur.*

Dices: Si per actum contritionis tollantur venialia omnia, ad quæ actus ille extenditur, ergo si contritus fit de omnibus venialibus, omnia remittuntur, sicut justus sibi est sine omni omnino peccato vel mortali, ut constat, vel etiam veniali, quoties scilicet hujusmodi actum elicit, contra illud Joannis prima, capite primo, versu octavo: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Contra primò: Recens baptizatus cum universalis dolore & retractatione caret omni peccato veniali. Contra secundò: Juxta communem sententiam, per Pœnitentia Sacramentum quies quis de omnibus venialibus à se commissis dolet, & ea confitetur, liberatur ab omnibus, ergo in omni sententiâ satisficeri debet dicto Apostoli.

Respondetur itaque cum Suario hic, disp. IX. sect. tertiat, num. primo, Caetano tertiatâ parte, resp. Ergo, quæst. 87. art. primo, Henriquez libro quarto, non esse inconveniens ut brevi articulo, cap. decimo quinto, num. quinto, Tannero tomo quarto, disp. sextâ, quæst. quartâ, dub. primo, num. duodecimo, & videtur mens Sancti re iusta Thomæ quæst. 7. de malo, art. duodecimo, ad quartum, nullum esse inconveniens ut ad breve articulo tempus iustus omni peccato careat, Apostolus autem, inquit Sanctus Thomas, solum vult, non posse homines fiducialiter & certè affirmare se peccatum non habere, tum quia certi non sunt se habere contritionem veram, & perfectam, tum quia tam facile leviores culpe hominibus obrepunt, etiam iustis, qui septies, hoc est, septies in die cadunt, ut securus nemo sit de omnis culpe carentia, & consequenter vere, id est sine mendacii periculo dicere nullus potest, se culpam nullam habere. Deinde ait Suarez solum asserere Apostolum, non posse quemquam cum veritate dicere se nunquam peccare, aut nunquam peccasse, non autem quid pro brevi aliquo tempore omni culpâ vacet.

Hoc etiam docere videtur Sanctus Thomas tertiatâ parte, quæst. 79. art. quarto, ad secundum, ubi cum dixisset, per Eucharistie Sacramentum tolli omnia subinde peccata venialia in justo dignè ad illud accidente, sibiique objecisset dictum hoc Apostoli, ait, non ita intelligendum esse, quasi non possit homo iustus aliquâ horâ esse absque omni culpâ veniali, sed sensus est, inquit, Sanctos vitam istam non ducere sine peccatis venialibus. Addo, Auctores graves, & inter alios Sanctum Thomam tertiatâ parte, quæst. octogesimâ septimâ, art. tertio, & alibi asserere, non quemvis actus contritionis, sed solum valde ferventem ad omnia peccata venialia tollenda, praesertim si multa sint, sufficere: de quo iterum recurret sermo.

Quinta conclusio probabilius etiam videtur, per solam attritionem posse extra Sacramentum condignè tolli peccatum veniale: ita Suarez hic, disp. II. sect. 3. num. undecimo, Coninck disp. secundâ, dub. decimo quarto, num. centesimo vigesimo quarto: Henriquez lib. quarto, cap. decimo quinto, num. quinto: Tannerus quæst. illâ quartâ, num. decimo tertio, & alii. Ratio est, nam ex una parte attrito est dolor & retractatio peccati venialis, sicut ex hoc capite nihil deest quo minus possit per eam tolli, ex alia vero parte est actus supernaturalis ab homine in gratia elicitus, & consequenter habens valorem moralem sufficientem tum ex parte operis, tum personæ operantis, ut levis aliquis offendit remissionem obtineat, ergo.

Dices: Hinc sequi per absolutionem Sacerdotis nunquam remitti peccata venialia; si enim attrito ad illorum remissionem sufficiat, & haec peccata venialia numerum suum tollantur per formam absolutionis ea nunquam remitti. Suarez citatus, numero decimo octavo, Tannerus dub. primo citato, num. decimo quinto, & dub. secundo, num. vigesimo octavo concedunt consequentiam, nec inquietum, est ullum inconveniens, quod in homine justo nunquam tollantur peccata venialia per formam absolutionis; sufficienter enim aiunt salvare virtutem clavium in peccata venialia, quod simul cum mortalibus per absolutionem sacramentalem in homine attrito remittantur.

Secundo

XIV.  
Quamvis aliquia attrito tollat peccata venialis, omnis tamen attritio hoc non praefas.

Secundò tamen responderi potest cum Coninc citato, numero centesimo vigesimo quinto, & probabile putat Suarezum, decimo septimo, cùm attritio extra Sacramentum tollat peccata venialis per modum satisfactionis, & meriti de condigno, non quamvis attritionem valde confusam, & generalem ad hoc sufficere, præsertim ubi venialis remittenda multa sunt, & graviora, quod sanè non improbabiliter de attritione, quæ ex genere suo est actus imperfectus dici potest, cùm Sanctus Thomas, & alii id affirmant de contritione remissâ.

XV.  
Objic. Quia via contritus tollit omnia mortalia, ergo qua via attritio omnia venialis.

Dices secundò: Quavis minima contritio sufficit ad delenda omnia mortalia, ergo & quavis attritio ad delenda omnia venialis; multo enim magis peccatum mortale excedit in gravitate veniale, quām contritio in valore superat attritionem. Respondetur negando consequentiam: Contritio siquidem non tollit mortalia peccata tanquam meritum de condigno, sed solum de congruo, id autem quod hoc modo per aliud obtinetur, potest in valore esse multo illo superius, at verò peccatum veniale per actum attritionis auferitur tanquam per meritum de condigno, quod autem est hujusmodi, debet esse æqualis valoris cum præmio; unde attritio remissa non est semper sufficiens ad remissionem venialium obtinendam.

XVI.  
Objic. Quia minima attritio in iusto merito augm̄sum gratia & gloria, ergo à fortiori remissione plurimorum venialium.

Dices tertio: Attritio etiam maximè remissa, si ab homine in gratiâ constituto eliciatur, meretur augmentum gratiæ, & gloriam, sed hoc in affirmatione morali est majus præmium, quām remissio, etiam plurimorum venialium, ergo & horum omnium remissionem merebitur. Respondetur: Si actus iste attritionis ad remissionem venialium peccatorum tanquam ad præmium adæquatum applicaretur, tunc argumentum habere vim, sicut & sufficeret ad penitentia temporalis, vel peccato mortali remisso, vel venialibus debite relaxationem, cùm tamen jam præcipius valor ipsius impendatur in merito præmii essentialis gratiæ & gloriæ, non est ita aptus actus ille ad merendum de facto remissionem venialium.

XVII.  
Objic. Ergo attritio meritorum non negat remissionem peccati ullius venialis.

Dices quartò: Ergo non omnino de condigno mereri potest actus attritionis remissionem, vel omnium, vel ullius peccati venialis; quando enim habet præmium sibi adæquatum, non potest de condigno mereri aliud. Contra: Ergo nec contritio mereri poterit remissionem peccati alicuius venialis, quod tamen admittunt passim ii, qui negant attritionem sufficere ad remissionem venialis.

XVIII.  
Actus præter præmium essentialis mereri posset aliud accidentale.

Respondetur itaque, meritum præmii essentialis non obstat, quo minus possit etiam actus mereri aliiquid accidentale: sic etiam secundum adversarios actus attritionis meretur de condigno remissionem partis penitentia temporalis, peccatis in igne purgatorio debitæ: sic actus ejusdem proflus intentionis in viâ elicitus ab homine & Angelo meretur quidem præmium essentialis idem, & aqualem scilicet visionem beatificam, & tamen actus ille in homine ulterius meretur remissionem penitentia temporalis, gloriam corporis, & alia, ergo & mereri poterit remissionem alicuius peccati venialis, absque eo quod minatur præmium essentialis, sunt namque hæc præmia diversa rationis.

XIX.  
Signi signi latini de fini gulis venia-

Dices quintò: Saltem sequitur, si quis signum doleat de peccatis venialibus, quæ confitetur, eliciendo attritionem de singulis, ea nunc.

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. II.

quam tolli per formam absolutionis. Esto, hoc libus quādēcim concedunt adversarii de contritione de confessione, iisdem, aut etiam de mortalibus elicita. Cūm singulos actus attritionis elicere non magis requiratur ad confessionem venialium, ciat, peccata quām contritio ad confessionem corundem, aut ta illa non mortalium, nullum inconveniens huc sequitur tolluntur quod ibi ab omnibus non admittatur, imo non per absolutionem.

Sexta conclusio: Existimo cum Scoto in 4. dñst 21. quæst. primâ, Coninc disp. secundâ, Per alias dub. decimo quarto, num. centesimo vigesimo nono, & probabile putat Suarez disp. II. sect. 3. num. vigesimo primo, per alias etiam actus bonorum meritorum, jutius potest remissionem peccati venialis, præsertim si in eum finem referantur ab operante, & per attritionem aliquam imperfectam antea fuerit peccatum illud aliquo modo retractatum. Hoc ultimum addo ob autoritates sectione primâ allatas, ubi ostensum est nullum peccatum neque parvum neque magnum posse sine Penitentia remitti. Probatur itaque conclusio; hæc enim opera sunt æquales illi premio, cùm ergo ad illud obtinendum referantur, non est cur non obtineant.

Dices cum quibusdam recentioribus contrarium opinantibus, hinc sequi peccatum veniale remitti per partes: Ponamus enim peccatum aliquod veniale esse compensabile per quatuor jejunia, sicut paulatim & successivè ponuntur jejunia, ita paulatim etiam & successivè tollitur peccatum, cùm post unum jejunium peractum non habeat Deus tantum fundamentum irascendi, atque antea, & sic de ceteris, cùm ergo fundamentum iræ & indignationis divina sit peccatum, si illud minuatur, minutur peccatum.

Sed contra: Quando enim præmium aut aliud hujusmodi proponitur ob res varias successivè ponendas, licet illæ ponantur successivè, præmium tamen successivè non obtinetur, sed totum simul: sic si quis cùm lege vendat præmium, etiam rebus huiusmodi intra annum totum numeros solvat, tertio quoque mense solvendo quartam partem, non propterea pervenit tunc in ipsius potestatem quartæ pars prædi, sed totum simul in fine anni, toto pretio perfoluto. Quod clarius constat, si præmium sit aliiquid indivisibile, ut si Rex dignitatem alicui, aut officium promittat, vel remissionem offensæ militanti per annum, aut cursu vincenti in stadio, non sicut illæ successivè currit aut militat, ita aliiquid præmii illius meretur, sed si vel post medium annum militare cingulum deponat, aut in medio cursu subfilit, nihil merebitur. Idem ergo esset hic de remissione peccati venialis, si valorem unius jejunii excedat; nec enim remitteretur nisi quatuor jejuniis positis, sed illa tantum habebunt præmium suum essentialis, augmentum scilicet gratiæ & gloriæ.

Tandem notandum circa objectionem, quæ fieri posset contra quintam conclusionem, nempe sequi, si non omnia, aliqua saltem venialis per attritionem remitti ante formam absolutionis, & consequenter omnia peccata venialis non cadere sub Sacramentum Penitentia, quod proinde frustra institutum esset ad illa remittenda. Respondetur, esto forte nunquam contingat, ab attritionem, etiam generalem & remissam, confessionem præcedentem, non remitti aliiquid veniale, non tamen frustra institutum esse Penitentia Sacramentum ad eorum remissionem;

XXI.  
Objic. Hinc sequi peccatum veniale remitti per partes.

XXII.  
Sed contra, nam in multis rebus huiusmodi intrarum sa- pissimè certi- nuntur.

XXIII.  
Objic. Ex dictis sequi, aliquæ saltem peccata venialis tolli ante formam absolutionis.

et si enim omnia ab eo remitti non possint, potest tamen quodvis, quod sufficit: sicut non propterea ignis fructu habet virtutem ad omnes formas ignis, vel calores in nostra materiam receptibiles, licet omnes nunquam possit producere, cum sint infinita; sufficit enim quod quamvis ex iis formis, aut quemlibet calorem possit producere, Deo ad individuationem ibi determinante in productione, sicut hic in remissione.

## SECTIO QUINTA.

## De remissione venialium ex opere operato.

## I.

*Peccata venialia duplicitate remittuntur ex opere operato.*

DUPPLICITER ex opere operato dicuntur à Theologis venialia tolli: primò & præcipue per Sacra menta, secundò per Sacramenta, quæ sunt actiones quædam & cæmonia sacra ab Ecclesiâ ad hoc & aliam munera usurpatæ.

## II.

*Fer aliquam salem Sacra menta peccata venialia tolluntur ex opere operato.*

Dico primò: Venialia tolluntur ex opere operato per Sacra menta, saltem aliqua: de Baptismo non est dubium, cum Concilium Florentinum, & Tridentinum dicant effectum Baptismi esse remissionem omnis culpa & poenit. De Pœnitentia idem docet Concilium Tridentinum sessione 14. cap. quinto, ubi eti doceat, circa peccatum reticeri in confessione posse peccata venialia, at tamen illa esse materiam illius sufficientem, & utiliter in confessione aperiri. Præterea de Extremâ Unctione idem communite docent Theologi ob illud Jacobi quinto, ubi de Extremâ Unctione dicitur: *Et si in peccatis fuerit dimittentur ei: & Concilium Tridentinum sess. 14. capite & canone secundo de Extremâ Unctione ait, illius effectum esse remittere peccata, quæ licet multi & probabiliter intelligent de mortalibus, quæ simpliciter per peccata intelliguntur, imo Bellarminus de Extremâ Unctione capite octavo dicat improbabiliter restringi ad sola venialia, nec esse tutum, tum ratione forma, *Quicquid deliquisti, tum quia Sanctus Jacobus dicit: Si in peccatis fuerit dimittentur ei,* cum tamen sine peccatis venialibus vis ullus sit, dicente eodem Apostolo: *In multis offendimus omnes; nil tamen obstat quo minus ad venialia, etiam haec extendi possint.* Unde per reliquias peccatorum, quas tollit docet per hoc Sacramentum Concilium Tridentinum capite secundo citato, ait Bellarminus capite illo octavo, & alii intelligi peccata, sive mortalia, quæ simpliciter talia nuncupantur, sive venialia.*

## III.

*Eucharistia etiam peccata venialia remittuntur confiteantur. Doctorum sententia.*

De Eucharistiâ similiter afferunt Theologi cum Sancto Thoma eam remittere venialia, & habetur in Concilio Tridentino sessione decimâ tertia, capite secundo: canonice etiam quinto damnat eos, qui dicunt, vel unicum vel præcipuum fructum Eucharistiae esse remissionem peccatorum: quâ auctoritate licet aliqui, & merito, sicut etiam illâ proximâ allata de Extremâ Unctione utantur ad probandum Sacra menta vivorum aliquando per accidens remittere peccata mortalia & conferre primam gratiam, cum per peccata simpliciter plerumque intelligentur mortalia, non tamen est cur illa non intelligantur etiam de venialibus, dicente Sancto Joanne Epistola printâ, capite primo: *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, &c.* & statim post subdit: *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & justus, &c.* quæ juxta Sanctum Augustinum &

alios intelliguntur etiam de venialibus.

De Confirmatione, Ordine, & Matrimonio major est difficultas, unde Soto, & alii nonnulli negant hanc iis inesse vim, ut tollant venialia. Communis tamen sententia affirmat, quam sa- tis insinuat Sanctus Thomas hic, quæst. 87. ar- ticulo tertio, corpore. Ratio autem congrua hujus rei adduci potest, quia singula Sacra menta ordinantur ad sanctificandum hominem in ordi- nis ad aliquem finem particularem, ad quem etiam specialia auxilia fini illi proportionata conseruantur; cum ergo aliqua peccata venialia fini illi peculiariter opponantur, eumque impediunt, sicut Sacra menta media ad finem illum obtinen- dum subministrabant, ita & impedimenta que illius consecutioni officiant, tollunt.

Circadispositionem ad remissionem venialium requiritam, licet Suarez, Henriquez, & alii nonnulli dicant sufficere, ut quis non habeat actualem illorum complacentiam ad hoc ut re- mittantur in Sacramento; verius tamen est, quod diximus sectione primâ, nullum unquam pecca- tum veniale, saltem in hac vita, sine dolore seu pœnitentiâ, saltem virtuali remitti: si enim in pœnitentiâ, ut remittantur venialia, requiratur dolor cum judicialiter in eâ remittantur, certè non appareat ratio, cur minor dispositio requiratur in aliis Sacra mentis, cum Pœnitentia pe- culariter ad eorum remissionem ordinetur.

Omnia ergo peccata venialia, quæ quis cum illorum dolore, etiam minimo confuetur, delen- tur per hoc Sacramentum: ea vero quæ non sub- jiciuntur clavibus, & consequenter judicialiter non remittuntur, quia non aperiuntur in confessione, non tolluntur semper omnia, sed plu- ra vel pauciora pro diversitate doloris ac dispo- sitionis, Deo in particulari determinante, quæ hic & nunc sint remittenda, si sint multa, sicut gratia & alii effectus Sacra mentales juxta candem dispositionem semper conferuntur. Unde Sa- cramentum Pœnitentia duplíciter tollit peccata venialia, primò formaliter & direcťe, quatenus sunt illius materia; secundò materialiter, quatenus scilicet Sacramentum Pœnitentia, cum sit Sa- cramentum, convenit cum aliis Sacra mentis, quorum etiam effectus unus inter alios est, re- mittere peccata venialia, ut diximus. Quando vero quis, etiam cum dolore de omnibus veniali- bus accedit ad aliquod ex Sacra mentis vivo- rum, non remittuntur semper omnia, Extremam unctionem excipio, quæ ad delenda peccata venialia specialiter instituta est, ut diximus, & mihi non improbable videtur de Eucharistiâ, cuius summa dignitati & excellentia hoc specialiter tribuendum videtur.

Nec refert si quis arguat, mortalia omnia re- mittuntur in Sacramento Pœnitentia, etiam si quis multorum oblitiviscatur, & consequenter subjiciat clavibus, ergo & venialia omnia; licet aliqua solùm clavibus subjiciantur: item quodvis Sacramentum vivorum per accidentis tollit omnia mortalia, ergo & venialia. Negatur enim ultra- que consequentia: ratio disparitatis est necessaria connexio remissionis unius peccati mortalis pro hoc statu cum remissione alterius, ob gratiam fine qua nullum remittitur, cum ergo haec Sa- cramenta, ubi non inveniuntur obiectum, conferant gratiam, consequenter tollunt omnia mortalia peccata, at vero inter venialia in remissione non est illa necessaria connexio, cum nullam opposi- tionem habent cum gratia.

Quoad

*Confirma-  
tione etiam  
Ordinem &  
Matrimoni-  
um tollere  
peccata ve-  
nialia, com-  
muni ipsi  
Theologis  
sententia.*

*Quan-  
dispositionem ad  
venialium  
per hanc Sa-  
cramenta  
remissionem  
si necessa-  
ria.*

*Pœnitentia  
venialia, quæ  
quis cum  
minimo  
etiam dol-  
re confie-  
tur, tollun-  
tur per Sa-  
cramentum  
Pœnitentia.*

*Obiectum, Mar-  
tialis omnia  
remittuntur  
in Sacramen-  
to, ergo &  
omnia ve-  
nialia.*

VIII.  
duo sunt  
Sacramen-  
tum ge-  
nara.

Quo ad secundum de Sacramentalibus, notandum illa esse in dupli differentia; quædam enim, quæ maximè propriè dicuntur Sacramentalia, quia ab Ecclesiâ in Sacramentorum administratione adhiberi solent, ut Exorcismus,unctio in vertice, &c. habent verum aliquem effectum, ut notat Sanctus Thomas tertia parte, quæstione septagesimâ primâ, articulo tertio, nam per Exorcismum in Baptismo adhiberi solitum pelletur, inquit, potestas dæmonis, aperiunt aures Catechumeni ad audiendum Evangelium, &c. Unde etiam, ut ait Sanctus Augustinus: *Exsuffflantur & exorcizantur parvuli, ut pellatur ab iis demonis potestas inimica.* Alia vero etiam Ecclesiæ cæmeritæ vocantur Sacramentalia, licet non semper, aut non solum in Sacramentorum usu adhiberi soleant, ut oratio Dominica, confessio generalis, quæ in Missâ adhiberi solet, benedictio Episcopalis, tuncio pectoris, aqua benedicta, panis benedictus, uæctiones quædam, oratio in Ecclesiâ consecratæ, eleemosyna.

IX.  
Prædicta  
Sacramen-  
talia quo-  
que effectus  
forintur.

Hæc & præcedentia, licet gratiam non conferant, quinque tamen præcipue effectus, non omnia omnes, sed singula singulos aut plures fortuntur. Primus effectus est remissio peccati venialis: secundus excitatio motus alicujus pii: tertius remissio poena temporalis: quartus repressione dæmonis: quintus operatio sanitatis. Difficultas autem in præsentis solum procedit de primo effectu, & querimus utrum illa ex his Sacramentalibus, præcipue aquâ benedictâ, cui præ ceteris tribui hic effectus solet, remittat immediatè peccata venialia, an tantum excitando motum aliquem pium, ad hunc effectum conducemt?

X.  
Probabile  
videtur hac  
Sacramen-  
talia, præci-  
pue aquam  
benedictam,  
habere vim  
tollendi pec-  
cata venia-  
lia.

Dico itaque secundò: Mihi hac in re probabile videtur, quod docet Bellarminus lib. secundo de Sacramentis in genere, Valentia, Sotus, Henriquez, & alii, Sacramentalia, saltem aliqua, in primis vero aquam benedictam, ex precibus Ecclesiæ in eorum benedictione adhiberi solitus, habere vim, saltem per modum impetrationis (id est non certâ lege, & infallibiliter, sicut nec infallibiliter Exorcismi Ecclesiæ habent, ut dæmonem expellant) ad remittenda peccata venialia. Probatur primò ex Alexandro primo, capite *Aquam de consecratione*, ubi sic habet: *Aqua sale affersa divinisq[ue] precibus sacra, popu- lum sanctificat & mundat:* & paulò post: *Sal di- vini precibus sacratus coquuntur sanctificat, mun- dat, purgat, &c.* qui modiloquendi plus innuere solent quâm pitorum motuum excitationem. Item Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 5. dicit multis aliis modis, quâm per Sacramentum Pœnitentia tolli peccata venialia, ubi loquitur de remedij ordinariis & immediatis, nam multa alia remedia mediatâ suppetunt in Ecclesiâ pro remissione mortalium.

XI.  
Probabile  
zibolomus  
est, pium a-  
liquem mo-  
rum hic sal-  
tem conco-  
mitanter  
requiri.

Probabile tamen est, saltem concomitantem requiri pium aliquem motum ad hoc, ut Sacramentalia hunc effectum operentur, qualis est actualis reverentia in Deum, aut aliud hujusmodi, & quod aliqua saltem peccatorum retractatio præcesserit, per quod salvatur nunquam remitti veniale peccatum sine aliquâ gratia infusione: minor tamen dispositio cum his Sacramentalibus sufficiet ad venialium remissionem, quâm sine illis, quo modo explicari potest Sanctus Thomas hic, quæst. 87. art. tertio, dum dicit Sacramentalia, peccata remittere excitando bonum aliquem motum.

R. P. Comptoni Theol. Schol. Tom. II.

Dices: Non habet Ecclesia auctoritatem remittendi peccata venialia immediatè; ergo non Nulla apparet instituere hujusmodi remedia, quibus illa retratio tollat. Contra, quare non aquæ per modum impenetracionis poterit Ecclesia obtinere immediatè cur nos agit pessim Ecclesia institutio remedia remissum immediatam pî alicujus motus; certè major videtur ratio alterius quam hujus, cum ora peccata venientia Ecclesiæ in illarum rerum benedictionibus eò videantur tendere; diriguntur enim ad Deum, ut per res illas consecratas dignetur homines mundare, sanctificare, &c. que directè motus & propriè sonant fordium ablationem.

## SECTIO SEXTA.

*An sit possibilis forma physicæ expellens  
peccata venialia.*

**H**æc quæstio procedit in illâ suppositione, I. quod scilicet dari possit forma physica habens repugnantiam cum mortali, qualem multi statuant gratiam habitualem & unionem hypotheticam respectu peccati mortalis: quo in præsenti Supponit formam physicam repugnat mortali, quæ ad ipsam posse est. **I.** admisso, querimus, an dari possit forma aliqua nancor formam physicam, quæ tales habeat oppositionem cum uno vel omnibus venialibus, qualem gratia & unio hypothistica in hac sententia habent cum mortalibus.

Dico primò: De facto dantur formæ aliqua physicæ incompossibilis cum omni peccato veniam. **II.** Probatur: In primis enim unio hypothistica nullum secum patitur, non mortale tantum, sed nec veniale peccatum, cùmsit sanctitas perfectissima, & quâ major exocitari rationabiliter non possit. Deinde idem docent Theologi de visione beatitudinis, quam ita sanctificare ascunt, ut nullam secum maculam, etiam levem patiatur, quod etiam dicitur de amore Dei in patriâ.

Dico secundò: Non implicat forma aliqua, seu qualitas, quæ animam informando petat destructionem unius peccati venialis, & non alterius, saltem specie distincti, quæ pugnet cum mendacio levi exempli gratiâ, & non cum vanâ gloriâ, ita recentiores aliqui, & in particulari P. Herice primâ parte, disp. 17. cap. secundo, hoc tribuens actioni diversâ, quâ gratiâ producitur, unde ait eandem numero gratiam alia & alia actione productam, habere oppositionem cum uno peccato veniali, non alio, non quidem ratione termini producunt; hic enim idem numero esse potest, nempe eadem gratia, sed ratione principii, Dei scilicet volentis hoc peccatum remittere, non aliud specie distinctum; ac proinde voluntas Dei remittendi unum peccatum est specie, saltem virtualiter, diversâ voluntate remittendi aliud; cùm itaque, inquit ipse, juxta communem Philosophorum doctrinam actio respiciat & terminum, quem producit, & principium, à quo procedit, ad variationem specificam actionis sufficit variatio specifica vel unius vel alterius, cùm ad utrumque referatur essentialiter.

**H**oc ulterius mihi videtur explicari posse secundum communem sententiam Philosophorum, qui actionem qua producitur ubicatio Leodiensis exempli gratiâ, dicunt essentialiter esse affixam per actionem Leodio, & habere essentialē oppositionem cum

*Hoc non in-  
commodo ex-  
pliari potest  
per actionem  
Leodio, & habere essentialē oppositionem  
cum*

cum omni aliâ ubicatione, sortirique eandem omnino naturam cum suo termino, cui essentia-  
liter affigitur; cùm ergo actio, quæ hic & nunc pro-  
ducitur gratia, non minorem habeat con-  
nectionem cum suo principio formalis, nempe vo-  
luntate remittendi peccatum hoc veniale, quām  
productio ubicationis cum ubicatione, non mi-  
norem etiam oppositionem habebit cum veniali  
peccato, quām voluntas illa habet, quæ, ut con-  
stat, essentia-  
liter ei opponitur. Unde in hoc  
differt à gratiâ quam producit; hæc enim stare  
posset cum peccato illo veniali, actio verò mi-  
nime, non magis quām talis Dei volatio.

V.  
*Obligatur  
dari posse  
actionem  
realiter  
distinguam  
respectu di-  
versa vir-  
tualis vo-  
luntatis di-  
vina.*

Quod verò ratione diversa virtualis volitio-  
nis divinae seu principii formalis, possit dari di-  
versa actio cum essentia-  
liter respiciens, inde pro-  
babiliter suadetur; multa enim dantur creature  
specie distinctorum, quæ peculiariter sunt participa-  
tiones diversorum attributorum Dei, & inde spe-  
ciam videntur defumere, cùm tamen attributa  
Dei non distinguantur nisi ratione, & ad sum-  
num secundum quandam virtualitatem: unde  
à fortiore actio poterit hoc modo per diversam  
virtualem volitionem distinguiri, cùm respiciens  
modorum sit omnium strictissima. Deinde juxta  
probabiliorum opinionem, qua statuit præci-  
siones objectivas in rebus respectu intellectus,  
possunt dari actus specie distinctorum respectu ejus-  
dem realis entitatis: sic actus quo quis præcisivè  
concepit animal, specie distinguitur ab actu quo  
concepit rationale, licet animal & rationale  
realiter non distinguantur.

VI.  
*Non impli-  
cat forma  
absoluta,  
qua oppona-  
tur uni pes-  
cato venia-  
li non ali-  
specie distin-  
ctio.*

Hæc sententia sic explicata est probabilis: di-  
co tamen mihi non videri implicare formam  
etiam aliquam absolutam, quæ uni peccato ve-  
niali opponatur, non ali specie distinctorum, illud-  
que à subiecto expellat. Ratio est primò: Si  
namque res aliqua modalis habere possit hanc  
oppositionem, quidn̄ etiam res absoluta.  
Deinde nulla appetit hujus rei implicantia, nec  
ullum sequitur inconveniens ex eo quod hujus-  
modi forma sit possibilis, ergo, &c.

VII.  
*Dari etiam  
potest forma  
habere oppo-  
sitionē cum  
uno peccato  
veniali non  
ali ejusdem  
speciei.*

Dico tertio: Videri etiam mihi probabilius,  
non implicare formam aliquam, vel modalem,  
vel absolutam, qua oppositionem habeat cum  
uno peccato veniali non alio ejusdem speciei, ut  
cum hoc mendacio levi, non illo. Quoad mo-  
dum hoc tenet P. Heric citatus, quia codem  
modo hic procedit de actione productiva gratiæ  
ex volitione Dei expellendi hoc peccatum veniale,  
& eras expellendi aliud simile, numero tan-  
tum distinctum; sicut enim volitiones specie  
distinctorum sunt principia actionum specie distinctorum,  
à quibus essentia-  
liter respiciuntur, ita voli-  
tiones numero distinctorum, quæ eandem ac volitiones à  
quibus procedunt, cum peccatis venialibus nu-  
mero distinctorum oppositionem habebunt. Quoad  
formam verò absolutam, eodem modo probanda  
est conclusio, sicut priorem proximè probavimus.

VIII.  
*Obsec. Ergo  
non potest  
qua possit  
simile pec-  
catorum ve-  
niale com-  
mittere.*

Dices: Hinc sequi hoc inconveniens, nempe  
quod vel non possit quis postea committere tale  
peccatum, vel deperdere aliquid sanctitatis in-  
ternæ per peccatum veniale, quorum tamen  
neutrū dici debet. Respondet primò: Aliud  
esse utrum sit possibilis ejusmodi qualitas, aliud  
utrum de facto detur; illa enim quam possumus  
conclusionē præcedente oppositam tali speciei  
peccatorum venialium, licet sit possibilis, de facto  
tamen non datur. Respondet tamen secundò:  
quod hoc argumentum nil obstat, quo minus

detur de facto illa qualitas, neutrum enim incon-  
veniens sequitur, solum namque opponitur huic  
numero peccato, cum autem aliunde sit deter-  
minatus homo ad non eliciendum amplius eum-  
dem numero actum semel destructum, nempe  
vel à naturâ ipsius actus, vel à circumstantiis, vel  
Causâ primâ, nullum hinc oritur incommodeum.

Hæc verò qualitas, si à gratiâ distinguitur, IX.  
supponit gratiam habitualem in animâ, ita ut nisi *tas supposi-*  
illâ præsuppositâ connaturaliter infundi non pos-*tas supposi-*  
sit: nec quoad hoc est major difficultas, quām *gratiam ha-*  
de condonatione extrinsecâ peccati venialis,*bitualem.*  
quā dicunt omnes concedi connaturaliter non  
posse, nisi homini qui caret peccato gravi, ut  
supra vidimus, Sectione primâ. Deinde per se  
& solitariè sumpta illa qualitas, licet sit quid su-  
pernaturale, non tamen est sanctitas, sed ad  
summum affectio quædam, & modificatio sancti-  
tatis præcedentis; illa enim sola forma est sancti-  
tas, quæ pugnat cum peccato mortali, non autem  
quæ cum solo veniali; sicut enim solum mortale  
peccatum est mors animæ, ita illa sola forma,  
quæ illud expellit, est illius vita, non quæ expel-  
lit veniale.

Dico quartò: Videri mihi probabile, possibi-  
le esse gratiam habitualem, quæ ex naturâ suâ *possibilitate*  
habeat oppositionem non cum mortali tantum *gratia ha-*  
peccato, sed venialibus, ita ut hæc numero gra-*bitualem, qua-*  
tia opposonor mortalibus omnibus, & huic ve-*habet op-*  
niali, illa mortalibus & alteri veniali, & sic de *possessorum*  
ceteris, sicut hæc gratia in se identificatas ha-*cam uno*  
bebit perfectiones & gratiæ habitualis, quæ merè *peccato ve-*  
opponeretur peccatis mortalibus, & illius qualiti-*nialis, nisi*  
tatis quæ soli huic vel illi veniali, sicut qui non *cam ali.*  
distingunt gratiam à Charitate, dicunt eam in se  
habere identificatas perfectiones utriusque qualiti-  
tatis, & in quantum tollit peccata mortalia, & dat  
jus ad gloriam, esse gratiam, in quantum est prin-  
cipium effectivum actuum amoris Dei, esse Cha-  
ritatem. Inter illam ergo gratiam habitualem,  
quæ solum repugnat mortalibus peccatis, & hanc  
quæ repugnat etiam venialibus, vel omnibus, vel  
uni alicui erit substantialis diversitas, esto in in-  
tensione graduum sint æquales, sicut & ejusmodi  
diversitas reperitur inter gratiam, quæ omnibus  
mortalibus & huic veniali repugnat, & inter  
aliam, quæ mortalibus & alteri opponitur.

Quod autem hæc inæqualitas substantialis in XI.  
qualitatibus, ubi in gradibus intensio- *Declaratur*  
nem *que gradus de-*  
runtur substanti-*tur substanti-*  
tialis me-*aliam in*  
qualitatibus *intensio-*  
nem *que* *aliam.*  
Idem alii affirmant de intellectu & voluntate &  
aliis potentiis Angelorum, si ab ipsis substanti-  
atibus distinguantur, & plurimi de speciebus quæ  
iis in primâ creatione infuse sunt, nempe non so-  
lum intensiores uni insundi, quæ alteri, sed  
& substantialiter diversas. Tandem in visioni-  
bus beatificis, & consequenter in lumine gloria, *que gradus de-*  
quod est earum principium, ejusmodi differen-*tur substanti-*  
tiam statuunt plurimi, & nonnulli etiam in gra-*tia habituali,*  
tia habituali, quam sententiam præter alios tenet  
Cardinalis Lugo disp. sextâ de Incarnatione, scđ.  
secundâ, num. quadragesimo sexto, qui proin-  
de dicit diversis actibus virtutis in intensione  
æquivalentibus, & solum quoad perfectionem, sub-  
stantialiter diversis, non intensiorem, sed substan-  
tialiter perfectiorem gratiam, & consequenter  
gloriam

gloriam deberi, sicquē duos homines qui aequalis sunt quoad numerum graduum in gratiā possunt habere gratiam inaequalem, & unum excellentius præmium altero, quia habet præmium substantialiter perfectius, quidni ergo & dari poterit gratia habitualis, quæ ex individuali suâ ratione peculiarem dicat repugnantiam cum veniali aliquo peccato, imo & cum uno, & non cum alio.

XII. Dices, omnino repugnare videtur ut detur forma, quæ pugnet cum maculâ unius venialis, & non alterius, mendacio levi exempli gratiā, quod hodie committitur, non quod eras, licet priori sit simile; cùm enim haec maculae sint morales, non physicæ, non apparet quomodo possit forma aliqua uni repugnare non alterius.

XIII. Respondetur negando antecedens: Esto enim haec maculae sint morales, est tamen aliqua inter illas diversitas: unde quando peccata haec existentia à parte rei, res aliqua etiam physicæ ad unum terminari poterant, quæ non poterant terminari ad aliud, ut actio, ubicatio, duratio, &c. imo & visio intuitiva, & relatio in sententiâ eam à fundamento & termino distingue. Deinde, sicut sufficiens diversitas inter ea reputatur, ut possit condonatio Dei extrinsecus ad unum terminari, non ad aliud, quidni etiam ut unum & non aliud pellatur per formam intrinsecam: certè si admittitur, quod admittunt adversarii, formam physicam posse physicè pugnare cum morali, nulla apparet ratio, cur non possit cum unâ re morali pugnare non cum aliâ, sed cum illâ stare in eodem subiecto.

XIV. Dices secundò: Si possit dari qualitas repugnans uni veniali non alterius, ergo & unus gradus caloris qui repugnet uni octavo gradui frigoris non alterius, sed illum patietur secum in eodem subiecto. Respondetur, nullam hic esse partem; quotidiana enim experientia videmus esse simul plura peccata venialia, & unum posse tolli sine aliis, & consequenter cum sit finis aliquis cur unum veniale tollatur sine aliis, ita & cur sit possibilis forma aliqua, per quam hoc modo tollantur: at verò nunquam videmus duos octavos gradus caloris, aut alterius qualitatis esse simul in eodem subiecto, nec posse tolli unum ejusmodi gradum sine alio, unde nullus est finis cur detur aliqua qualitas ordinata ex naturâ suâ ad unum octavum gradum expellendum, non alium.

XV. Ratio autem hujus ulterius est, quia subiectum tantum est capax octo graduum, & consequenter si inducatur primus gradus contrariae qualitatis, octavus hujus debet perire, imo omnis octavus, alioqui esset simul novem gradus in subiecto. Quod si in alia serie rerum essent possibilia alia qualitatibus & dispositionibus temperamenta, non video cur dari etiam ibi non possent qualitates, quæ his numero opponerentur non illis, si sit aliquis finis in naturâ, qui tamen agere potest excogitari, cùm nihilominus in nostro casu sit finis; sicut enim non negabunt adversarii esse possibilem qualitatem repugnantem omnibus venialibus, quia est finis cur omnia simul tollantur, ita cùm sit finis cur unum tollatur sine alio, est etiam finis cur sit possibilis qualitas, per quam hoc fiat intrinsecus, & quæ ac aliquid per quod fiat extrinsecus.

## SECTIO SEPTIMA.

*Vtrum peccata venialia de facto tollantur per formam inherentem.*

**H**oc est, Utrum vel gratia habitualis, vel I.  
Status quo  
status pro-  
ponitur. alia forma animæ inherens ad tollendum peccatum veniale sit necessaria, ita ut nisi ejusmodi formâ positâ, nec tollatur de facto peccatum veniale, nec tolli possit.

Prima conclusio: Nunquam in Sacramento remittitur peccatum veniale sine infusione gratiæ, II.  
Peractum  
salem concomitante habente: ita omnes  
communiter. Ratio videtur clara, nam vel qui  
accedit ad Sacramentum per quod remittitur ve-  
niale peccatum, est justus vel non, si non, ergo  
cùm veniale remitti requeat sine mortali, neque  
hoc sine infusione gratiæ, sequitur nec veniale  
sine eâ remitti: si primum, ergo recipit augmentum  
gratiæ; Sacraenta enim cum instar agentium  
naturalium sint, semper dant gratiam ubi  
non reperiunt obicem, ergo nunquam in Sacra-  
mento remittitur veniale peccatum sine infusio-  
ne gratiæ.

Secunda conclusio: Probabilis etiam videtur, III.  
Verisimilis  
præcedenti: Vel enim remittuntur simul cum  
mortali per contritionem, vel homini iusto per  
attritionem & alios actus virtutum, sine quibus  
nec per Sacramentalia remittuntur, ut diximus:  
si primum, ergo infunditur prima gratia, si se-  
cundum, illius augmentum, cùm omnia opera  
supernaturalia hominis justi sint augmentari  
meritoria, ergo.

Tertia conclusio: Gratia habitualis, nec in IV.  
Gratia ta-  
men habi-  
tualis non  
est causa  
formæ ex-  
pellent pe-  
ccata ve-  
nialia extra  
Sacramen-  
tum in hac  
vitâ nun-  
quam sine  
infusione  
gratiæ re-  
mitti.

primâ infusione, nec augmento est causa formæ expellentis peccatum veniale habituale: ita Suarez huc, disp. undecimâ, sect. secundâ, & lib. septimo de gratiâ, cap. vigesimo quarto, Coninck disp. primâ, dub. sexto, & alii plurimi contra Vasquez primâ secundâ, disp. 207. cap. quarto, Turrianum de justificatione, disp. undecimâ, & paucos alios. Sermo est de gratiâ habituali, quæ præcisè dat jus ad visionem beatificam tanquam semen gloriæ, & ex conceptu suo merè sanctificat, & consequenter expellit peccata omnia mortalia: utrum enim dari possit aliqua gratia, quæ præter hunc conceptum dandi jus ad gloriam, peculiariter etiam opponatur venialibus, vel omnibus, vel aliquibus, videbimus sectione sequente. Probatur itaque conclusio; una etenim res non expellit aliam per modum formæ inherentis, nisi in quantum habet oppositionem & repugnantiam cum illâ, sed gratia, in quacumque etiam intentione nullam habet cum peccato veniali oppositionem, quod patet, nam iustus habens gratiam, etiam intensissimam, peccare potest venialiter, nihil deperdendo ex gratiâ habituali, ergo gratia habitualis non habet repugnantiam cum peccato veniali, nec ei tanquam forma formæ opponitur.

Nec satisfacit si dicas cum Vasquez citato, hoc solùm probare gratiam secundum se non opponi peccato veniali, quo tamen non obstante oppositioni potest ut confertur ex intentione Dei, tollendi peccatum illud veniale. Sed contra: Nam Dice: Gra-  
tia ut can-  
fertur ex ta-  
li intentione  
oppontitur  
peccato ve-  
niali, ut optimè Suarez capite illo vigesimo quarto, hoc perinde est ac si quis dicceret intentionem, seu

seu decretum Dei opponi peccato veniali, & eodem modo posset habitus Fidei aut Spei, vel attritio esse causa formalis expulsionis peccati venialis, si ex tali intentione Dei infunderentur.

## VI.

*Gratia ex tali intentione data, est causa tantum moralis, non physica expulsionis peccati venialis.*

Gratia itaque in hoc casu ad summum dici posset forma moralis expulsiva peccati venialis, non physica, cum physicè, & secundum entitatem intrinsecam non habeat cum eo oppositionem, siquidem nullā illatā gratia vi posset stare cum illis peccatis venialibus, sicut connaturaliter statum similibus postea commissis. Unde ut notant omnes circa potentiam obedientialem, non potest res elevari in genere cause formalis ad effectum quem naturā suā non est apta nata praestare: & ratio est clara, quam postimus in physicis disp. 27. & de Sacramentis in genere, disp. 64, nam effectus formalis nihil aliud est, quam entitas formae & entitas subjecti & unionis, & consequenter hic effectus est usquequaque intrinsecus: unde et si causa efficientis elevari possit ad plures effectus, ad quos nullam habet proportionem, cūm hac elevatio fiat extrinsecè per concursum causæ potentioris efficientis, quæ ex conceptu suo concurrit extrinsecè, causa tamen formalis physica non hoc modo concurrit, & si posset causa formalis elevari ad alium effectum quām ex naturā suā postulat, posset albedo elevari ad denominandum subiectum nigrum, vel saltē dulce, aut lucidum, vel hujusmodi aliā denominatione disparatā, quod nullus concedet.

## VII.

*Objic. In illo in Sacramētis peccata venialia remittuntur intuitu gratia.*

Dices: Quando homini justo in Sacramentis remittuntur peccata venialia, remittuntur intuitu gratiæ, ergo gratia in genere cause formalis, ea expellit; expellit enim illa informando animam. Contra: Ergo si Deus intuitu actus aut habitus Fidei, Spei, vel attritionis etiam naturalis remitteret peccatum veniale, dicerentur hæc tollere peccatum illud in genere cause formalis physice, quod nemo dicit. Ratio autem est, quia ad effectum in genere cause formalis physice præstandum, non sufficit formam illam informare subiectum, sed ulterius requiritur, ut secundum physicam suam entitatem habeat oppositionem cum formâ expellendâ, & non merè quia Deus vult; sic enim tota hac causalitas reducitur in voluntatem Dei: sicut de conversione dici solet, quæ ut vera sit, requirit ut ipsi termini inter se opponantur, ita ut simul connaturaliter flare non possint, ut cūm frigus convertitur in calorem, lignum in ignem, &c. si autem Deus vellet ad productionem Petri aut ignis hic, destruere Paulum aut equum in Indiis, non censeretur Paulus converti in Petrum, nec equus in ignem, neque ideo merè dicitur calor expellere frigus è subiecto, quia illud informat, sed quia informat & repugnat frigori, unde si Deus intuitu caloris produc̄ti in lacte, destrueret illius dulcedinem, nec diceretur calor destruere hanc in genere cause formalis physice proprię loquendo, sed tantum in genere cause formalis moralis, neque hæc in illum physicè converti, sed tantum moraliter.

Quarta conclusio: Peccatum veniale tolli potest per condonationem Dei extrinsecam: ita VIII. Auatores communiter cum Sancto Thoma hic, Peccatum quæst, octogesimā septimā, art. secundo, docen. tolli te ad remissionem venialis peccati non requiri condonatio- nem extrinsecam.

Quinta conclusio: Probabile videtur de facto IX. remitti peccatum veniale per formam intrinsecam, sive ea gr. 1 habitualis sit, sive aliquid aliud: ita P. Heric, dicens expelli per actionem illam recipientem tam volitionem divinam de quā dictum est superioris, quamvis non ita placet quod dicat condonari peccatum extrinsecam non posse. Probat conclusio: Cūm enim hoc non implicet, ut ostensum est, ad hoc ut dicamus de facto ita contingere sufficit nihil ex sequi contra præsentem Dei providentiam, imo maximè eidem videtur conforme, cūm namque homo elevatus sit ad finem supernaturalem, tempe gloriā, congruum videtur, ut omnia etiam impedimenta illius finis per medium similius supernaturale tollantur: cūm itaque non mortalia solum, sed & venialia sine impedimenta istius finis, sicut illa, ita & hæc per hujusmodi medium tolli debent. Confirmatur: Si hoc fieri possit, cūm sit multò perfectior modus hominem reparandi, Deoque dignior, non est cur putemus nolle Deum hoc modo operari, præsertim cūm nullā vi rebus illatā possit.

Hinc infero: Etiam in purā naturā dari posse X. qualitatem aliquam peccato veniali repugnantem, & per quam tollatur. Imo ulterius videtur mihi probabile quod docet P. Heric disp. illā decimā septimā citatā, & alii nonnulli ex recentioribus verisimile esse, dari similiter posse qualitatem aliquam naturalem, quæ sit participatio Deitanāli. quam auctoris & finis naturalis, quæ in eo statu repugnaret peccato mortali, sicut in hoc statu gratia est participatio ejus ut auctoris & finis supernaturalis.

Tandem dico, probabile esse non repugnare XI. formam aliquam, quæ repugnet unimortalis non alteri, quæ proinde non perfecta, sed ad sum- implicate mimum inchoata sanctitas dici posset; ille enim homo simpliciter est peccator & inimicus Dei, qualitas, que repugnat, non nisi ex integrâ causâ, unde satis mortalis Deus verè adhuc hominem illum odifiet, nam ita, non ultimiliter odio sunt Deo impius & impietas ejus, ut dicitur Sapientie decimo quarto: sicut itaque non potest Deus non odirem impietatem & peccatum, ita nec potest ob hoc peccatum non odire peccatorem, nec minus huncaversaretur Deus quam alium, cui merè extrinsecè unum peccatum mortale remitteret sine alio. Quod si Deus infundere aliqui possit gratiam habitualem, unum ei peccatum mortale remittendo non reliqua, ut docet Coninek disp. secundā de Pœnitentiā, dub. tertio, num. trigesimo, & dub. undecimo, numero centesimo quarto, & alii, quo tamen easi simpliciter ille homo est inimicus Dei, cīque odibilis, à fortiori hoc dici deberet in præsenti.